

LXXIII.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ^{(a) (i)}.

[C, c. 223 B; R, c. 69].

Padova,
23 luglio 1396.

Benché non meritati l'encomio tributatogli, l'amicizia di Lodovico gli è troppo cara perché lo smentisca.

S'astenga però l'amico dal lodarlo, ch'è interminabile sarebbe fra di loro una simile gara, laddove agli amici conviene soltanto l'emularsi in virtù.

Ora, se loro due sono veramente amici, come mai avrebbe il V. disprezzata la lettera inviatagli?

Si persuada Lodovico ch'egli tiene sempre in gran conto le cose degli amici, né mai chiama amico chi non operi egregiamente, vuoi colla virtù,

FACILIUS te patiar ex multa benvolentia errare de me quam vere sentire non annuentem, non quidem quod errare aut in me aut in re ulla te velim, sed quod^(b) tanti michi est amicitia tua ut quidvis patiar, dum tibi amicus sim. et quidem eum honorem quem epistola tua plurimum detulit, parum michi convenire certus sum. neque me fallit, qui multos solet, amor proprius aut, que fallere unumquenque posset, elegantissima oratio tua. a quo te moneo, ne ipse quoque in hoc certamine provoker, abstinere posthac. si enim contentionem hanc inierimus, cum michi plurima subsint que dicere de te magnifica possum, tuque ex humanitate et benvolentia multa de me conceperis, non erit huic concertationi modus. at ea demum est inter amicos gloria contentio ut, cum de probitate et bonis studiis agitur, nemo sit qui aut amore aut ea que sola est veri amoris causa, inferiorem se virtute patiatur. si igitur amicum me habes et ita existimas, quod assecutus plane michi videor, quid est quod epistola tua tam insignis vereretur lares meos adire, manibus meis exolvi, ac, post derisum, ne preceps tandem eice- retur? ergo ita aut de te iudicasti, a quo nichil nisi preclarum prodire potest, aut de me, quem amicum arbitraris, ut de dictis factisque tuis humiliter sentire possem. primum scito ea me fide atque integritate amicitiam colere ut amicorum omnia magnificiam; deinde, eo iudicio amicitias inire solere; quod dictum arrogantie ascriptum nolim; ut solos eos amicos dicam, qui nonnisi magna faciant. magnum autem^(c) est omne quod virtute fit aut doctrina^(d),

(a) C Ad eundem [sc. Alovisium Buzacharenum]. R P. P. Vergerius spectatissimo viro Ludovico Buzcharino s. (b) C velim quam [quem] scio ut de ceteris probe e dopo la cuna di un rigo sed quod (c) R magnum est (d) C virtute fit ac doctrina

(1) Che la presente sia stata dettata a breve distanza dalla lettera precedente, ne abbiamo la riprova in quel « antiquitatis cognoscende studium »,

sicchè i due scritti sembrano quasi abbozzi, diversi e contemporanei, d'una sola epistola. L'ascriviamo perciò all'anno 1396.